Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



175

ran, Gegebla an Meran; sivero latina, / Merani et in Mera-
no, legitur: prout in subsequentium capitum additio-
nibus seqius apparebit frequentius apparebit. Vide etiam su-
pra ad c. IX Add. 6.

/ apud Meran.

3) Paulo ante memorata litera fundationis Hono-
dochii Meranensis: Anno domini, M°CC°, LXXI° ---
construendi ad honorem Sancti Spiritus Ecclesiam sive la-
pellam cum Hospitali et Cimiterio in plebatu plebis sane-
ti Egidii de Mayss Tridentine diocesis juxta pontem Pas-
sirori per quem ad Burgum Merani itur etc. Ex-
terior Merani pars, in diœcesi Tridentina et parochia Ma-
jensi sita nomen Gliff obtinuit usque dum eadem anno 1748
Passeris exundatione abrepta interiit. Anno 1403 Adelhei-
dis civis Meranensis pro annua mariti sui in monasterio
Stamsensi nec non parochia Majensi memoria, legat eidem
monasterio domum suam sitam Merani in dem Gliff Sliff --
Actum Merani in dem Gliff Sliff. ~~Seqius hoc nomen omni-
bus sequentibus. Fuisse autem Meraniam civitatem
et longe~~ Ad hoc usque tempus, nempe seculi XV finiti-
um, Meraniam civitatem, longe, quam est hodie, ampliorem
fuisse, ex solo Stamsensi tabulario compluribus instrumen-
tis demonstrari potest. Recitabo aliqua suis locis, præsertim
ad c. XXIV Add.

/ Gliff

/ sui et

4) Floruerat enim (si Reicharto habenda fides est)
Godefridus Dux Meranie anno 917, quo contra Hunnos
pugnans ~~imp~~ obiit. Vide ad c. IX Add. 55. Floruerat
circa annum 950 Cuono Dux Meranius gener Ottonis I Im-
peratoris. Vide ad c. IX Add. 62. Floruit eodem tempore
S. Salo, titulo Ducis Meranie a quibusdam honoratus.
Vide ad c. IX Add. 63. Floruit et alter Godefridus
S. Ottonis parens Dux Meranie dictus a nonnullis. Vide
ad c. IX Add. 64. Floruit denique seculo hoc XII Con-
radus de Dachau: qui anno 1153 in diplomate Friderici I,
apud Ludewigium Reliq. Mss. t. XI, vocatur Conradus Dux
Meranus. ~~Idem jam anno 1147 apud Gewoldum Mchap.~~
Salisb. t. I, f. 305: Conradus Dux et Comes de Dachau. Et t. III
f. 410 ad an. 1163 Conradus Dux de Dachau. ~~Apud Aven-~~
tinum ad an. 1156: Conradus Dux Dalmatiæ Croatiæque Da-
chusi. Apud Meichelbeckium Mss. Frisi. t. I, p. 2, ad annum
1154: Chuzradus de Dachowe Dux Dalmatiæ Croatiæque.
Et ~~ad~~ circa 1345: Conradus Junior Dux de Dachowe. Apud
Hansizium t. I, f. 315, anno 1157 conventui Bambergensi
interfuit Chnuradus Dux et Comes de Dachau. Otto
Otto Frisi. l. 1 de gestis Friderici I, c. 25: Conradus de Dachowe,
hunc nobilis Comes, postea Dux factus Croatiæ atque Dal-
matiæ, qui incautus extra remanserat, ab hostibus capitur.
Et ejus continuator Radevicus l. 2, c. 14: Tunc etiam Conra-
dus Dalmatiæ atque Croatiæ Dux, natione Noricus, de
castro Dachowa oriundus, apud Pergamum finem vivendi
fecit, eique corpus in terram suam deportatum, in monaste-

n. 1.

Otto

Floruit Wolfrathshusanus, qui
in Chron. Mellicensi ad an. 1133 le-
gitur Otto Senior Dux Meraniæ;
et ad ann. 1151 Henricus Episcopus
Ratisponensis dicitur filius Ottonis Ducis Meraniæ et Comitis in
Wolfratshusen. Ex qua familia ul-
timus Henricus donavit monasterio
Diessen ~~aliqua Stück und Weinge-~~
~~wächs in Botzen~~ quordam fundos
et vineas Bozani sitas, nec non
suam partem salinæ in Hall pro
remedio animæ suæ et fratris Otto-
nis, anno 1150; ut habet Hundius
Stemmat. Bav. in Andechs.